In nomine domini noſtri ieſu chriſti In-
cipit prima pars ſermonũ de laudibus ſan-
ctorum ſcd̃m fratrẽ Robertũ caracolũ de Li-
ceo ordinis minoꝝ: Epm Aquinateñ.
¶ Sermo primus de laudibꝫ altiſſimi dei:
cuius excellentiã nobis declarãt ꝑcipue tria
noĩa quibꝫ eum noĩare ſolemus.

Non glorietur
ſapiens in ſapiẽtia ſua: nec
fortis in fortitudĩe ſua: nec
diues in diuitijs ſuis. Sꝫ
in hoc glorieť q̇ gloriatur
ſcire et noſſe me. Dei viuẽ-
tis verba ſunt iſta originaliter Hieremie ca.
ix. Quoniã defecerũt hoĩes a vera cognitõe
ſui creatoris: abundauit iniquitas multorũ
et malitia excreuit ſuꝑ terrã. Multiplicanť
in dies nephandiſſima ſcelera: horrenda vi-
cia et indomabilia incorrigibiliaq̃ peccata.
Omis quippe caro videť iam viam ſuã corru-
piſſe. Et dum ad ſingulos hoĩm ſtatus va-
riaq̃ ſtudia cõſpicimus: rariſſimos inueni-
mus qui iuſte: recte: pure: ſimpliciter: et mun
de agant. Vbiq̃ dolus: vbiq̃ fraus: vbiq̃ ſi
mulatio. vbiq̃ priuatus amor: vbiq̃ cupidi
tas: vbiq̃ ambitio: vbiq̃ deniq̃ ignominia
et turpitudo. Que ꝑfecto nõ eſſent ſi deũ an
te mentis oculos vellemꝰ habere. Iccirco in
hoc ſermone de ipo altiſſimo deo aliqua ex-
plicabimꝰ q̇bus humana corda excitenť ad
ipm colendũ: amandũ: timendũ: atq̃ deſide-
randũ. In hoc ſiquidẽ ſtat vera ſapiẽtia vt
pie veneremur deũ ꝑceptaq̃ illius diligẽter
ſeruemus. Ad hoc vero inducimur dũ ocu-
los mentis erigimus ad cõtemplandã excel
ſam maieſtatẽ eius. Hanc aũt vnuſq̇ſq̃ cõſi
derare põt ex noĩbus que generaliter de deo
cõſueuerunt dici. Qua de re et ipa nos noĩa
ꝑſcrutari ſtudebimus vt ꝑ illa ad agnoſcen
dum deum et dñm noſtrũ facile ꝑducamur.
Sunt itaq̃ tria principalia noĩa q̇bus deuſ
noĩatur a nobis: que illiꝰ ꝑeminentiã et ma-
gnitudinẽ exprimunt.
¶ Primũ eſt nomẽ timoris: ipm eſt deus.
¶ Scd̃m eſt nomẽ amoris: illud eſt pater.
¶ Terciũ eſt nomẽ honoris: hoc eſt dñs.

Qualiter deus benedictus eſt notabilis
etiã pluribꝫ noĩbus: et de ſcripturis tã huma
nis q̃ꝫ diuinis in quibus exprimitur hoc no-
men deus. ¶ Capitulum primũ.

PRimũ nomẽ quo deus noĩatur a no
bis eſt nomen timoris: ipm eſt deus.
Nam ſcḋm Iſidorũ. x. ethimologiarũ
libro. Deus dicitur a theos qḋ eſt timor qꝛ ti
mor ſit colentibꝫ eũ. Sed qꝛ pleriq̃ inſani et
ſtulti q̃nq̃ dicere nõ formidãt: vbi eſt deus:
qualis eſt: quis illũ vidit: qḋ nomẽ eius: q̇d
illi debemꝰ: et ſimilia. Ideo ad eoꝝ doman-
dam ꝑfidiã prauitatẽq̃ confundendã tria in
hac ꝑte dubia declaramus.
¶ Primũ vtrũ deus ſit noĩabilis a nobis.
¶ Scd̃m vtrũ deꝰ ſit noĩabil' pluribꝫ noĩbꝫ.
¶ Terciũ vtrũ hoc nomẽ deꝰ inueniať ĩ ſcri
pturis expreſſum. ¶ Pro primi dubij clario
re intelligẽtia poſſet q̇s arguere ꝙ deus a no
bis noĩari non põt. Nã dicit Ariſto. in li. de
cauſis. Prima cauſa ſuꝑior eſt omni narra-
tione. Et Augꝰ. in li. de verbis dñi ait. De-
us eſt ineffabilis qꝛ nõ pt̃ fari. Et dionyſiꝰ
in li. de diuinis noĩbus inquit. Deũ neq̃ di-
cere neq̃ intelligere poſſibile eſt. Et iterũ ibi-
dem. Dei neq̃ nomen eſt: neq̃ verbũ: neq̃ rõ
neq̃ opinio: neq̃ fantaſma. Ex q̇bꝫ ꝯcludi
videť ꝙ deũ nullꝰ noĩare poſſit. Sꝫ ꝯtrariũ
aptiſſime cõprobať: tũ qꝛ ipe dioniſius librũ
edidit de diuinis noĩbꝫ: tum etiã qꝛ de noĩe
dei multa in ſcripturis traduntť. Vñ Gene.
iiij. ca. ſcribiť. Seth natus eſt filius quẽ vo-
cauit Enos et iſte cepit inuocare nomẽ dñi.
Et Exo. iij. capi. Ego ſum qui ſum hoc no
men mihi in eternum eſt. Et. xv. ca. Omni-
potens nomen eius. Et. xx. ca. Nõ aſſumes
nomẽ dei tui in vanũ. Et Leui. xix. ca. Nõ
ꝑiurabis in noĩe meo. Et ps. viij. Dñe dñs
noſter q̃ꝫ admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuer
ſa terra. Et ps. xlv. Notus in iudea deus: in
iſrael magnũ nomẽ eiꝰ. Et ps. xlvij. Scd̃m
nomẽ tuũ deus ita et laus tua in fines terre.
Et ps. lxxxij. Cognoſcat qꝛ nomẽ tibi deꝰ.
Et ps. cx. Sanctũ ⁊ terribile nomẽ eius. Et
ps. cxiij. Non nobis dñe nõ nobis: ſed noĩ
tuo da gloriã. Et puer. xviij. ca. Turris for
tiſſima nomẽ dñi. Et Eſa. xlij. ca. Ego dñs
hoc eſt nomẽ meũ. Et Hiere. x. ca. Magnꝰ
es tu: et magnũ nomẽ tuũ. Et. xxxij. ca. Dñs
exercituũ nomẽ eius. Et Amos. ix. ca. Dñs
nomen eius. Et. C. de ſum. tri. et fiḋ. ca. l. ij.
Summi dei nomẽ vbiq̃ celebreť. Et. C. de
tranſac. l. ſi quis maior. Inuocato dei omni
potentis noĩe. Ita ⁊ in pleriſq̃ locis nomen
dei frequẽter exprimiť. Ex quo videť ꝙ no-
minari poſſit. ¶ Ad hanc dubietatẽ amonẽ-
dam: reſpõdet Bonauen. in primo diſ. xxij.
Qꝫ ſicut intelligere diciť dupliciter: ita ⁊ no-
minabile. Nam intelligere vno mõ diciť ꝑ
perfectã cõprehenſionẽ. Alio mõ ꝑ ſemiple-
nam cognitionẽ. Sic noĩabile vno mõ dici-
tur per perfectã expreſſionẽ. Alio modo per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſemiplenā narrationē. Si ergo dicaꝛ noīabi
le primo mō ſic. ſicut deus ſibi ſoli eſt intelli-
gibilis: ita effabilis et noīabilis noīe: qđ ipe
ſcit verbo: qđ ipe nouit. Sicut itaqꝫ nobis
eſt incōprehenſibilis: ita et innoīabilis. Et h̄
mō intelligende ſunt auctoritates ad primā
partē inducte. Si vero accipiamꝰ noīabile
ſm̄ qualemcūqꝫ narrationē. Sic queadmo-
dum deus eſt nobis cognoſcibilis: ita et no
minabilis. Et q̄ melius cognoſcit: meliꝰ no-
minat. Vn̄ expreſſius noīat fidelis ꝛ ſcriptu
ra que fidei ſuffragaꝛ vt ſcriptura ſacra q̄ʒ rō
naturalis vel ph̄ia. Cōcordat his Thomas
prima pte. q. xiij. cuius verba ſunt iſta. Se-
cundū ꝙ aliq̄d a nobis intellectu ꝯgnoſci pt̄
ſic a nobis pōt noīari cū ergo deus cogno-
ſcatur a nobis ex creaturis: ſic poterit noīa-
ri nō tñ ita ꝙ nomē ſignificās ipm̄ exprimat
diuinā eſſentiā ſm̄ ꝙ eſt. Sicut hoc nomen
homo: exprimat ſua ſignificatōe eſſentiā ho-
minis ſm̄ ꝙ eſt. Significat enī eius diffini
tionē declarantē eſſentiā eiꝰ. Ratio enī quā
ſignificat nomē eſt eiꝰ diffinitio: vt dicit Ari
ſto. iiij. metaphyſice. Dicitꝛ ergo deus nō ha
bere nomē: vel eſſe ſupra narrationē. qꝛ eſſen
tia eius eſt ſupra id qđ de eo intelligimus et
voce ſignificamus. Scotꝰ vero in ſuo p̄mo
di. xxij. inq̄t. Ꝙ licet viator nō poſſit diſtin-
cte cognoſcere diuinā eſſentiā pōt nihilomi-
nus illā noīare aliquo noīe diſtincte eā ſigni
ficante: reuelato vel impoſito ſiue ab angelo
ſiue ab ipſo deo. ſicut ptꝫ de noīe deiꝰ thetra-
gramaton: qđ ſcđm rabi Moyſes ſignificat
ſolā eſſentiā diuinā cū intrinſecis ſuis ꝓprie-
tatibus. Et licet quidā putēt in hoc Scotū
cōtradicere tā dn̄o Bonauenture: q̄ʒ ſancto
Thome. Ego tñ aliud ſentio: qm̄ doctores il
li p̄clariſſimi de noīe dei loquuntꝛ qđ viribꝫ
ingenij et vi nature adinueniri pōt. Doctor
vero ſubtilis extendit ſe ad nomē qđ vel an-
gelus vel deus ipe nobis reuelauerūt. ¶ Se
cundū dubiū erat: vtrum deus noīari poſſit
pluribꝫ noībus. Ad qđ rn̄det Ricar. de me-
dia villa. di. xxij. primi libri. ꝙ ſic. nā quedā
noīa ſignificant deū ſm̄ ſe: quedā in cōpara
tione ad creaturas. Nominū autē ſignifican
tiū deū ſm̄ ſe. Quedā ſignificant eſſentiam.
Quedā pſonas. Quedam notiones. Noīa q̄
ſignificant eſſentiā: plura ſunt: q̄ʒuis diuina
eſſentia ſit ſumme ſimplex tñ ꝓpter infinitatē
pfectionis ſue: et noſtri intellectus debilitatē
nō pt̄ homo illā perfectionē vnico conceptu
exprimere: ſed de illa format plures ꝯceptꝰ.
Et nihilominus ſi de illa formaret cōceptus
ſine fine nunq̄ʒ p illos conceptus exprimeret

eam perfecte. Facit aūt intellectus noſter ali
um cōceptum de diuina perfectione ſub ra-
tione qua potentia: alium ſub ratione qua
ſapientia: et ſic de alijs attributis. Vnde q̄ʒ-
uis plurima nomīa dicta de deo ſignificent
rem eandē: tñ illā ſignificant ſub diuerſis rō-
nibus: et a diuerſis rōnibꝫ imponuntꝛ. Ideo
talia noīa nō ſunt ſinonima: qꝛ noīa ſinoni-
ma ſola voce differūt. Noīa inſup que ſigni-
ficant pſonas plurificantꝛ: qꝛ plures ſunt p-
ſone diuine. ſic et noīa que ſignificant notio
nes. ſm̄ Bon auen. in breuiloquio. Relatio-
nes in diuinis ſunt quattuor. ſ. paternitas: fi
liatio: ſpiratio: pceſſio. Notiones vero ſunt
relatōnes p̄dictorū cū innaſcibilitate: noīa
que ſignificāt deū in cōparatione ad creatu-
ras plurificantꝛ. Quia ſm̄ dioniſiū ca. vi. de
diuinis noībus. Deū per creaturas triplici-
ter cognoſcimus. Aut p ablationē cōditio-
num imperfectarū q̄ reperiuntꝛ in creaturis.
Aut p ſupereminentiā cōditionū perfectarū
aut per cauſalitatē creaturarū. Et ſcđm hoc
deum tripliciter nominamus. Illa vero no-
mina quibus noīamus deū remouendo plu
rificantur: quia plures ſunt cōditiones im-
perfecte in creaturis quas noīando a deo re
mouemus. Quarū vna eſt finitas: quā remo
uemus cū dicimuſ. Deus eſt infinitus. Alia
eſt creatura: quā remouemus cum dicimus.
Deus eſt increatus. Similiter dicimus de-
um immenſum: qꝛ ſine menſura. incorrupti-
bilem: quia ſine corruptōe. immortalē: quia
vita eſt ſine defectu mortis. incorporeū: quia
ſine corporali materia. Noīa autē quibꝫ no-
minamus deū ſibi attribuendo ſupeminen-
tes cōditiones q̄ ſunt in creaturis: plurificāꝛ
ſm̄ ꝙ ſunt plures pfecte ꝯditōes ī creaturꝫ q̄
p ſupereminentiā deo attribuuntꝛ: ſicut ſunt
lux: vita: bonitas: et ſic de alijs. Noīa etiam
quibus noīamus deū ſub rōne qua eſt cauſa
creaturarū: plura ſunt: ſm̄ ꝙ creature referū-
tur ad ipm̄ ſub alia et alia habitudine cauſe.
Referuntꝛ enī ad ipm̄ vt ad cauſam efficientē
ſui eſſe. et ſic noīatur creator: et ad cauſam ex
emplarē: et ſic dicitꝛ exemplar. et ad cauſam fi
nalē: et ſic vocatꝛ finis. Magnus itaqꝫ deꝰ eſt
et excelſus valde: cui tāta noīa cōpetūt q̄ nos
inſtruunt vt cōtemplemur eū ſup oīa exiſten-
tē ſuperantēqꝫ oēm intellectū cuiuſlibet crea
ture. ¶ Terciū dubiū fuit vtrū hoc nomen
deus inueniaꝛ in ſcripturis expreſſum. Pro
quo audiende ſunt voces oīm ſcripturarū:
tam diuinarū q̄ʒ humanarū: in q̄bus ꝓphete:
patriarche: apoſtoli: euāgeliſte: doctores: im-
patores: philoſophi: medici: aſtrologi: ꝛ poete

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc nomen deus in auribꝫ omnium ſonant:
cum eximia laude. Ergo incipiamus a vete
ri teſtamento et ſequamur ea que ponunt̃ in
nouo. Deinde q̄ a prenominatis tanguntur.
Scribit̃ nāqꝫ Geneſ.i.ca. In ꝓncipio crea
uit deus celū et terrā. Eodē ca. Dixit deus:
fiat lux. Et iterū. Uidit deus lucē ꝙ eſſet bo
na. Et ibidē ſepius repetit̃. Dixit quoqꝫ de-
us. Dixit vero deus. Et.iij.ca. Dixit ſerpēs
ad mulierē. Cur ꝓcepit vobis deus ne come
deretis ex omni ligno ꝑadiſi. Eodē ca. Uo-
cauit dñs deꝰ adā. Et.v.ca. Hic eſt liber ge-
nerationis adā in die qua creauit deus ho-
minē. Et.vi.ca. Dixitqꝫ deus: nō ꝑmanebit
ſpiritus meus in hoīe in eternū: qꝛ caro eſt.
Et.ix.ca. Benedixitqꝫ deus noe et filijs eiꝰ:
dixitqꝫ ad eos. creſcite ⁊ multiplicamini. Et
xv.ca. Credidit abraā deo: et reputatū eſt ei
ad iuſticiā. Et.xvij.ca. Ego ſum deus oīpo
tens: ambula corā me. Et.xviij.ca. Nunq̇d
deo eſt quicq̄ difficile. et.xxij.ca. Tētauit de
us abraā. eodē loco. Uenerūt ad locū quem
oſtenderat ei deus. et.xxvij.ca. Det tibi deus
de rore celi. ⁊.xxviij.ca. Deus omnipotēs be
nedicat tibi: et creſcere te faciat atqꝫ multipli
cet. eodē ca. Nō eſt hic aliud niſi domꝰ dei ⁊
porta celi. et.xxx.c. Exaudiuit deꝰ ꝓces eiꝰ.ſ.
Lie. eodē ca. Dixit Rachel. abſtulit deus ob
probriū meum. et.xxxv.ca: Apparuit Jacob
deus cum fugaret fratrē ſuū. eodē ca. Ego
ſum deus oīpotens creſce et multiplicare. et
xl.ca. dixit ioſeph. Nunq̇d nō dei eſt interꝓ-
tatio. et.xli.ca. Oſtēdit tibi deus oīa q̄ locutꝰ
es. et.xlviij.ca. Dixit iacob. En ego morior:
et deus erit vobiſcū. Et exo.ij.ca. dixit moy-
ſes. Deus pr̄is mei: adiutor meꝰ eruit me de
manu pharaonis. et.iij.ca. dixit deus. Ego
ſum deꝰ pr̄is tui: deus abraā: deꝰ iſaac. eodē
ca. dixit moyſes. Deus patrū noſtroꝝ miſit
me ad vos. et.v.ca. Deus hebreoꝝ vocauit
nos vt eamus viā triū dierū in ſolitudinē et
ſacrificemus dño deo nr̄o. et.vi.ca. ait dñs.
Scietis ꝙ ego ſum dñs deus veſter. et.xv.
ca. ſcribit̃. Iſte deus meus: et glorificabo eū
deꝰ pr̄is mei ⁊ exaltabo eū. et.xviij.ca. Eſto
ꝓplo in his q̄ ad deū ſunt. et.xx.ca. Ego ſum
dñs deus tuus: qui eduxi te de terra egipti: ⁊
de domo ſeruitutis. eodē ca. Ut ꝓbaret vos
venit deus. et.xxiiij.ca. Dñator dñe deus:
miſericors et clemēs. Et Leui.xi.ca. Cuſto-
dite oīa q̄ ſcripſi: vt ſim vr̄ deꝰ. et.xviij. Ego
dñs deus veſter: cuſtodite leges meas. et.xix
ca. Sanctificamini ⁊ eſtote ſancti: qꝛ ego ſan
ctus ſum: dñs deus vr̄. et.xxiiij.ca. Homo
q̄ maledixerit deo ſuo portabit peccatū ſuū.

et.xxvi.ca. Ambulabo inter vos ⁊ ero veſter
deus. Et nume.xvi.ca. Fortiſſime deus ſpi-
rituū vniuerſe carnis nū vno peccāte cōtra
oēs ira tua deſeuiet. et.xxiij.ca. Nō eſt deus
quaſi hō vt mentiat̃. Et Deutro.iij.ca. Neqꝫ
eni eſt alius deꝰ vel in celo vel in terra. q̄ poſ
ſit facere oꝑa tua: et cōpari fortitudini tue. et
iiij.ca. Nō eſt aliq̄ natio tā grādis q̄ habeat
deos appropinquātes ſibi: ſicut adeſt nob de
us nr̄. et.vi.c. Diliges dñm deū tuū. eodē ca.
Nō tētabis dñm deū tuū. et.vij.c. Populus
ſanctus es dño deo tuo. et.viij.ca. Obſerua
et caue ne qñ obliuiſcaris dñi dei tui. et.x.ca.
Dñi dei tui celū eſt et celi celoꝝ: et oīa q̄ in eo
ſunt. eodē ca. Deus noſter ipē eſt deus deoꝝ
et dñs dñantium deus magnꝰ et potēs ⁊ ter
ribilis. et.xij.c. Dñm deū veſtrū ſequimini ⁊
ipm timete. et.xiiij.c. Filij eſtote dñi dei ve-
ſtri. et.xviij.c. Perfectus eris et abſqꝫ macu-
la corā dño deo tuo. et.xxiij.c. Cū votū voue
ris dño deo tuo: nō tardabiſ reddere. et.xxxij
ca. Deus fidelis et abſqꝫ vlla iniquitate: iuſtꝰ
et rectus. Et Joſue.ij.c. Dñs eni deꝰ noſter:
ipē eſt deus in celo ſurſum: et ī terra deorſuꝫ
Et Judicū.vi.ca. Ego deus veſter nō timea
tis deos amorreoꝝ. Et.i. Regū.ca.ij. Deus
ſcientiarū dñs ē. et.vi.c. Auxiliatꝰ eſt nobis
deꝰ. et.ix.ca. Eſt vir dei in ciuitate hac. et.ij.
Regū.xiiij.ca. Nō vult deus perire aīam. et
xxij.ca. Quis fortis ꝓter deū noſtrū. Et.iij.
Regū.iiij.ca. Dedit q̄ꝫ deus ſapientiā Sa-
lomoni et prudentiā multā nimis et latitudi
nē cordis. Et.iiij. Re.v.c. Ponunt̃ verba re
gis iſrael: nunq̇d deus ſum ego vt occidere
poſſim et viuificare. eodē ca. ſcribit̃ ꝙ dixit
naaman. Uere ſcio ꝙ nō ſit alius deus ī vni
uerſa terra: niſi tm̄ deꝰ iſrael. Et.i. Paralip.
xvij.ca. Dixit natan ad dauid. Oīa q̄ in cor
de tuo ſunt fac: deus eni tecū eſt. Et.ij. Para
lippo.xxv.c. dicit̃. Dei eſt adiuuare ⁊ in fugā
vertere. Et.i. Eſdre.i.ca. Cyrus rex ꝑſarū re
tulit. Oīa regna terre dedit mihi dñs deus
celi. Et thobie.vi.ca. ſcribunt̃ verba angeli
ad Thobiā loquētis. Oſtendā inq̇t tibi que
ſunt q̇bus ꝑualere ꝑt demoniū: hi nāqꝫ ſunt
qui ꝯiugiū ita ſuſcipiūt vt deū a ſe: et ſua mē
te excludant. Et Judith.xiiij.ca. Achior vi-
dens virtutē quā fecit deus iſrael: relicte gen
tilitatis ritu credidit deo. Et Job.xxiij.ca.
Deus molliuit cor meū et omnipotēs cōtur
bauit me. Et in ps.iiij. Cū inuocarē exaudi
uit me deus. et.vij. Dñe deus meus in te ſpe-
raui. et.ix. Propter qd̄ irritauit impius deū.
et.xvij. Deus meus adiutor meus ⁊ ſperabo
in eū. et.xviij. Celi enarrāt gloriā dei. et.xxiij

6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Libera deus iſrael ex oībus tribulationibꝰ
ſuis.et.xli. Quemadmodū deſiderat ceruus
ad fontes aquarū:ita deſiderat aīa mea ad te
deus.et.xlij. Quia tu es deus fortitudo mea
et.xliij. Deus auribꝰ nr̄is audiuimꝰ.et.xliiij
Propterea vnxit te deus deus tuus.et.xlv.
Deus refugiū nr̄m et virtꝰ.et.xlvi. Oēs gen
tes plaudite manibꝰ:iubilate deo in voce ex=
ultatōis.eodē ps. Qm̄ rex oīs terre deꝰ:pſal
lite ſapiēter.et.xlvij. Hic eſt deus nr̄ in eter=
nū:et in ſeculū ſeculi.et.xlix. Deus deoꝝ dñs
locutus eſt.et.l. Miſerere mei deus ſ̄m ma
gnā mīam tuā.et.lij. Deus de celo pſpexit ſu
per filios hoīm.et.liij. Deus in noīe tuo ſal=
uū me fac.et.lxx. Deus docuiſti me a iuuētu
te mea.et.lxxij. Q̄ꝫ bonus iſrael deus hiis q̄ re=
cto ſunt corde.et.lxxvi. Viderūt te aq̄ deus:
viderunt te aque et timuerūt ⁊ turbate ſunt
abyſſi.et.lxxxij. Deꝰ qs ſiīis eſt tibi. ⁊.lxxxiij
Audiā q̄d in me loquaṫ dñs deus.et.lxxxv.
Magnus es tu et faciēs mirabilia:tu es deꝰ
ſolus. Et Eccī.i.ca. Oīs ſapīa a dño deo eſt
et.ij.ca. Fili accedēs ad ſeruitutē dei:ſta ī iu=
ſticia et in timore.et.iij.ca. Qui timet deū ho
norat parētes.et.vij.ca. Nō te iuſtifices ante
deū.et.x.ca. Perdit deus memoriā ſupboꝝ.
et.xv.ca. Deus ab initio conſtituit hoīem.et
xlv.c. Delectus deo ⁊ hoībꝰ:moyſes. Et Sa
pientie.i.ca. Deus mortē nō facit. Et Eſaie
ij.ca. Venite aſcendamꝰ ad montē dñi:et ad
domū dei iacob.et.vj.c. Seraphin clama=
bant:ſanctꝰ:ſcūs:ſcūs dñs deus ſabaoth.et
xl.ca. Cōſolamini ꝯſolamini pplē meꝰ:dicit
deus noſter. Et Hiere.iij.c. Vere ī dño deo
nr̄o ſalus iſrael. Et Daniel̄.i.c. Dedit aūt ds
danieli gratiā in ꝯſpcū pncipis eunuchorū.
et.ij.ca. Daniel bn̄dixit deo celi.et.iij.ca. Am
bulabāt in medio flamme:laudātes ⁊ bn̄dicē
tes deū. Et.xi.ca. Aduerſus deū deoꝝ loque
tur.et.xiij.c. Deus eterne q̄ abſcōditoꝝ es co
gnitor. Et Oſee.xxij.c. Deū abſqꝫ me neſcies
Et Jone.iiij.ca. Tu es deus clemēs et miſe=
ricors. Et michee.vi.ca. Curuabo genu deo
excelſo. Et pme Petri.v.ca. Deus oīs gratie
vocauit nos in eternā gloriā ſuā. et eodē ca.
Humiliamini ſub potenti manu dei. Et ad
Ro.i.ca. Cū deū cognouiſſent:nō ſicut deū
glorificauerūt.et.viij.ca. Si deus p nobis
qs ꝯtra nos. Et.i.ad corinth.xiiij.ca. Nō eſt
diſſenſionis deus:ſed pacis. Et.ij.ad corin.
x.ca. Nō enī q̄ ſeipm cōmendat ille pbatꝰ eſt
ſed quē deꝰ cōmendat. Et ad ephe.ij.ca. Deꝰ
diues eſt in mīa.et ad Philip.ij.c. Deus ex=
altauit illū.et.i.ad Theſſalo.v.ca. Deus pa=
cis ſanctificet vos. et Actuū.v.ca. Obedire

oportet deo.et.xviij.ca. Inueni aram in qua
ſcriptū erat:ignoto deo.et Apocal̄.i.ca. Si
gnificauit deus q̄ oportet fieri cito.et.vij.ca.
Vidi alterū angelū aſcendentē ab ortu ſolis
habentē ſignum dei viui.et.xiiij.ca. Timete
deū et date illi gloriā et honorē.et.xxi.c. Ab
ſterget deꝰ oēm lachrymā ab oculis eoꝝ. Et
Johānes pme ſue cononice ca.i. Deū nemo
vidit vnq̄ꝫ. Et in ſuo euāgelio.i.c. Verbum
erat apud deū.et.viij.c. Qui ex deo eſt verba
dei audit.et.iij.ca. Sic deus dilexit mundū.
et Math.v.c. Beati mundo corde:qm̄ ipſi
deū videbūt.et.vi.ca. Nō poteſtis deo ſerui=
re et māmone.eodē c. Primū q̄rite regnū dei.
et.xix.ca. Quos deꝰ cōiunxit hō nō ſepat. et
xxij.c. Reddite q̄ ſunt ceſaris ceſari:et q̄ ſunt
dei deo.et Luce.i.c. Nō eni ex te naſceṫ ſan=
ctū:vocabiṫ filius dei.et.vij.ca. Deus viſita
uit plebē ſuā.et.xviij.ca. Deus ppiciꝰ eſto mi
hi peccatori.et Caſſiodorꝰ ſup pſalmū. Ma
gnus deus et laudabilis nimis. Deus inq̄t
eſt virtus inexplicabilis:pietas incōpreben
ſibilis:ſapīa ineffabilis:cuiꝰ vera diffinitio
eſt finē in ſuis laudibꝰ nō habere. Et Boet.
in li.de trinitate. Deus eſt pulcherrimū:for=
tiſſimūqꝫ vere vnū in quo nullꝰ numerꝰ:nul=
lum ī eo aliud p̄terq̄ꝫ id qđ eſt.et Anſel.in p=
ſologion. Deus eſt pulchritudo q̄ nō videṫ
odor q̄ olfactu nō pcipiṫ:ſapor q̄ nō ꝯgnoſci
tur:bonitas q̄ nō ſentiṫ. Et Augꝰ.in li.de li
bero arbitrio. Deus eſt quo nihil ſupius eſſe
cōſtat eternus incōmutabilis. et in li. de ve=
ra religione. Deꝰ eſt incōmutabilis natura:
prima vita:prima eſſentia:prima ſubſtantia.
Et Juſtinianꝰ impator. C.de vete.iuṙ.enu.
l.i.inquit. Deo auctore:et noſtrū gubernāte
imperiū bella feliciter pagimus et pacē deco
ramus:⁊ ſtatum reipublice ſuſtentamus. Et
C.de offi.pfec.p̄torio.aphrice.l.i. Multas
quidē et antea a deo pmeruimus largitates:
et innumerabilia eiꝰ circa nos beneficia cōfi
temur. Et. C.de rebꝰ creditis.et iureiurā.l.i.
Juriſiurandi ꝯtēpta religio ſatis deū hꝫ vl=
torē.et.ff.de legibꝰ.l.ij.ſcribiṫ. Oīs lex inuen
tio et domū dei eſt. Et ideo habes in epiſto=
la Inter claras. C.de ſumma trinita. et fide
catho. Et in pemio inſtituti.et. C.ne filius
p patre.in auten.habita.et. C.de iudeis.l.iu
deis.et. C.de raptoribꝰ virginū.l.raptores.
et.ff.de iureiurando.l.ait p̄tor.et. C.de epi=
ſco.et cleri.l.deo nobis.et in auten.vt nō lu=
xurientur ꝯtra naturā.et in auten.de manda
tis principū.in.§.oportet.et in auten.de fiđ.
inſtrumen.in.§.cū igiṫ.et in auten.de q̄ſtore
in principio. Et ſibilla heretica:cuius verba

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ponit Lactantius li. primo diuinarū inſti-
tutionū. ita loquit᷑. Unus deus q̄ vn⁹ eſt iſ-
ꝙ ampliſſimus increat⁹. Et plato ī thimeo.
Perfectus et purgatus hinc exiens habita-
bit cū deo. Et vt Hiero. aſſerit ſup̄ p̄mo ca.
Daniel᷑. Hic dixit fabricatorē mūdi deū. et
Ariſto. in p̄mo de celo et mūdo. Oēs quidē
ſummū locū deo tribuūt: et greci et barbari.
et i. xij. metaphi. Dicim⁹ deū aīal ſempiter-
nū ſemp̄ viuēs. et rex Auicēna in ꝓlogo ſui
canonis. In primis deo grās agam⁹: ſicut
ſui ordinis celſitudo ⁊ bn̄ficij ipſius multitu
do meret᷑. et in codē ꝓlogo. Si mihi de⁹ au
xiliatus fuerit: et hūc cōfirmauero librū: ad-
dam poſtea in vno libro Anthidotariū. Et
idē in prima fen. p̄mi libri canonis. doctria
iij. ca. ij. de cōplexionibus mēbroꝝ. De⁹ cui-
ꝙ aīali ⁊ cuiꝙ mēbro donauit ex cōplexione
qđ magis meret᷑. Et Galien⁹ medicoꝝ p̄n-
ceps: ſup̄ p̄ma ꝑticula ꝓnoſticoꝝ hypocrat᷑
Nō inuenim⁹ hypocratē dicere ī aliq̄ libroꝝ
ſuoꝝ: ꝙ deus bn̄dictus et ſublimis cauſaſſet
aliquā egritudinē. et Raſis ī ꝓlogo libri ad
Almanſoriū regē. Regi almanſorio cui⁹ vi-
tam ꝓlonget deus. et Damaſcen⁹ in ꝓlogo
ſui libri. de ꝯſolatione medicinarū. In noīe
dei miſericordis cuius noīatu ſermo recepit
gratiā et doctrina ꝑfectionē. et idē in ꝓlogo
ſue practice. Sanat ſolus languores deus
et Albumaſar in ſuo introductorio in aſtro-
nomiā. Deus eſt mouēſ oīa immobilis: cui⁹
nomē eſt benedictū et exaltatū exaltatōe ma-
xima. Et Seneca in tragedijs. Sequit᷑ ſu-
perbos victor a tergo de⁹. et ad Lucillū. Ni
hil deo clauſum eſt. et Ouidius in li. de arte
amandi. Flectit᷑ iratus voce rogāte deus. et
Sixtus pitagoricus in ſentētijs. Cogitatio
hoīm nō latet deū. et Cicero in libro de legi-
bus. Nihil eſt p̄ſtantius deo. et li. de natura
deoꝝ. Nulli eſt nature obediēs aut ſubiect⁹
deus: oēm ergo regit ip̄e naturā. et iterū ibi.
Cōprehende aīo: et ꝓpone an̄ oculos deū. et ī
codē. Quid eſſe p̄t in rerū natura hoīe meli⁹
In eo eni ſolo eſt rō qua nihil p̄t eſſe p̄ſtanti
us. Eſſe aūt hoīem q̄ nihil in oī mūdo meli
us eſſe ꝙ ſe putet deſipiētis arrogātie eſt. Er
go eſt aliq̄d meli⁹: eſt ergo ꝑfecto de⁹. Quid
ꝗmodo audebūt dicere curioſi: an tantoꝝ vi
roꝝ quoꝝ teſtimonia retulim⁹: ſn̄ia inanis
eſt. O ſtulti et tardi corde ad credendū. O ce
ci peccatores: et inimici dei. O maligne men
tes iniquoꝝ exꝑgiſcimini et intuemini eū q̄
oīa cōdidit: oībus p̄eſt: et nos ꝑdere pōt atꝙ
ſaluare. Sed q̄ illū nō timēt: nō diligūt neꝙ
venerant᷑: ſtatim inflatis bucchiſ mihi detra

hunt ſic loquenti. Sup̄flua inquiunt ac tu-
mida eſt tanta p̄cedens turba auctoritatū de
deo: cū eum agnoſcam⁹: cōfiteamurꝙ creato
rē celi et terre: viſibiliū oīm et inuiſibiliū. O
ꝙ infelix eſt hoꝝ cōditio tp̄m dū cōpletū ex-
perimur id qđ ap̄ls ſcribit ad Titū. i. ca. Cō
fitent᷑ ſe noſſe deū: factis aūt negāt.

¶ Ex deus vocat᷑ pater noſter in quo oſten-
ditur eius benignitas q̄ nos allicit ad eū di-
ligendum. ¶ Capitulū ſecundū.

Secundū nomē quo deus noīat᷑ a no
bis ē nomē amoris: illud ē pater. Mi
ra res ꝑfecto: ꝙ ille q̄ condidit celū et
terrā et oīa q̄ in eis ſunt: dignet᷑ a nobis ver
miculis pater appellari. Nos tn̄ ipi⁹ filij dei
eſſe refugimus dū magis hec infima vilia at
ꝙ terrena: ꝙ ip̄m ſummū bonū diligimus.
Ob id ip̄e cōquerit᷑ dicens Eſa. i. ca. Filios
enutriui et exaltaui: ipi aūt ſpreuerūt me. Ve
runtn̄ vt ad tāti p̄ris dilectionē corda inflam
mentur humana: de ipa paternitate tres cōſi
deratōes faciemus.

¶ Prima dicit᷑ diſtinctionis.
¶ Secunda rationis.
¶ Tercia ſignificationis.
¶ Prima cōſideratio dicit᷑ diſtinctōis in q̄
ſcire libet: ꝙ patres multi ſunt: et multiplici
ter accipiuntur. Nam
¶ Primus dicitur carnalis.
¶ Secundus ſpiritualis.
¶ Tercius ſacramentalis.
¶ Quartus infernalis.
¶ Quintus celeſtialis.
¶ Primus pater dicit᷑ carnalis: aut rōne im
mediate generatiōis: de quo dicit᷑ Exo. xx. c.
Honora patrē tuū. Aut rōne originis. et ſic
oēs aui: paui: attaui: tritaui dicunt᷑ p̄res. Un̄
Hiero. ſup̄ Danielē aſſerit de Balthaſar q̄
vocat patrē Nabuchodonoſor. vt ſcribitur
Daniel᷑. v. ca. Qđ nō facit errorē ſcientibꝫ ſcri
pture ſancte ꝯſuetudinē: qua ꝑaui oēs ⁊ ma
iores patres vocant᷑. Nā ſ̄m Beroſum chal
deum: et Joſephum Nabuchodonoſor re-
gnauit annis quadragintatribꝫ: cui ſucceſſit
filius q̄ vocatus eſt Euilmeridach. huic ſuc
ceſſit fili⁹ dictus Negliſar. q̄ mortuo regna-
uit filius ei⁹ Laborſodoc. huius filius fuit
Balthaſar. Et nihilomin⁹ ip̄e dicebat Da-
nieli. Tu es daniel de filijs captiuitatis iu-
da: quē adduxit rex pater me⁹. ſ. Nabucho-
donoſor de iudea. ¶ Secūdus pater eſt ſpi-
ritualis. et ſic dicit᷑ pater q̄libet ſacerdos. vt
patet. xcvi. di. c. q̄s dubitet. vbi dicit᷑. Quis
dubitet ſacerdotes chriſti regū oīm et princi
pum p̄res et magiſtros cenſeri. ¶ Eſt inſup̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pater ſpiritualis ſacerdos qui audit cõfeſſiones: ſicut pꝫ. xxx. q. i. c. oẽs. Similiter q̃ erudit ⁊ docet aliquos vocat̃ pater. Hinc macrobius in ꝓlogo ſup ſomniũ Scipionis. Euſtachiũ diſcipulũ filiũ vocat. Et Paulus ad Gala. iiij. ca. dicit. Filioli: quos iterũ ꝑturio donec xp̃s firmet̃ in vobis. ¶ Tercius eſt pater ſacramẽtalis: is eſt ſacerdos baptiſans et ep̄us cõfirmans: et quicũqꝫ alius tenẽs i baptiſmo vel ꝯfirmatõe illũ q̃ baptizat̃ aut cõfirmat̃. Probant̃ iſta. xxx. q. i. c. ad limina. §. filia. Et. xxx. q. iij. c. ita. Et de conſe. di. iiij. c. vos ante oĩa. Et extra de cognatõe ſpirituali. c. vlti. Qđ populis ẽ declarandũ ꝓpter eos qui falſo tenẽt ſacerdotẽ baptizantẽ nõ fieri cõpatrẽ. ¶ Quartus eſt pater infernalis. hic eſt diabolꝰ pater iniquoꝝ. De quo dicit Ambro. xxij. q. v. c. cauete frẽs. Oẽs q̃ amant mẽdaciũ filij ſũt diaboli. Et dñs ieſus dicebat iudeis Jo. viij. ca. Vos ex p̄re diabolo eſtis: et deſideria p̄ris veſtri facitis. ¶ Quintꝰ eſt pater celeſtialis qui eſt deꝰ bñdictus: de quo clarũ eſt ꝙ ſic noĩatur. Vñ Eſa. lxiij. c. ſcribitur. Tu dñe pater noſter ⁊ redemptoꝛ noſter Et Jere. iij. ca. Voca me pater meus. et. xxxi ca. Factus ſum iſraeli pater. Et Malach. ij. ca. Nunq̇d non pater vnus oĩm noſtrũ. Et Mat. v. ca. Pater tuus qui videt in abſcõdito: reddet tibi. Et iteꝝ ibi. Sitis filij patris veſtri qui ſolẽ ſuũ oꝛiri facit ſup bonos ⁊ malos. Et. x. c. Nõ enĩ vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritꝰ patris veſtri qui loquit̃ in vobis. et. xxiij. ca. Unus eſt enĩ pater veſter q̃ in celis eſt. Et Luc. vi. ca. Eſtote miſericoꝛdes ſicut et pater veſter celeſtis miſericoꝛs eſt. Et Matthei. vi. ca. Cũ oꝛaueritis dicite: pater noſter q̃ es in celis ⁊c̃. Et. i. ad Coꝛint. viij. c. Unus eſt deꝰ pater ex quo oĩa. Et de hoc ita loquit̃. Virgil'. in ꝑmo Eneið. At pater oĩpotens ſpelũcis addidit atris. Et i[illegible]. At pater oĩpotens rerũ: cui ſumma poteſtas. Et in ꝑmo Georgicoꝝ. Ter pater extructos: deiecit fulmine mõtes. Et Oꝛatius odda ſecũda Jam ſatis terris niuis atqꝫ dire grãdina miſit pater. Et rubente dextra ſacras iaculat̃ arces. Terruit vrbem terruit gentes. Scribit Oꝛoſius ꝙ Pyrrhus rex epirotarũ: q̇ in auxiliũ tarentinoꝝ venit: fretus viribꝫ theſſalie ac macedonie totiuſqꝫ grecie: dũ in prima pugna in campania Valeriũ leuiniũ cõſulem. omnẽqꝫ quaſi exercitũ romanoꝝ deuiciſſet: cum extraqꝫ ꝑte multi fuiſſent interfecti: atqꝫ numerus occiſoꝝ ex ꝑte Pyrrhi ꝑgrandis fuiſſet: poſt habitã illã victoriã: affixit titulũ in tẽplo Jouis: in quo ita ſcriptũ erat. Qui ante hac inuicti fuere viri pater optime olympi. Hos ego in pugna vici: et ab eis victus ſum. Cum redargueret̃ a ſuis qꝛ ſe victũ fatebatur. Rñdit ſi rurſus ſimili mõ vincã: reuertar ſine militibꝫ in epirũ. Ecce itaqꝫ ꝙ apud oẽs nationes de deo nomẽ patris ꝓclamat̃. Sed dũ iſta tractamꝰ opus eſt vt in hac ꝑte tria dubia diſputemus.

¶ Primũ vtrũ ſit vna paternitas filij dei et creature.

¶ Secundũ vtrũ hoc nomen pater ꝑ prius dicat̃ in deo reſpectu filij ab eterno geniti: ꝗ̃ reſpectu hoĩs et creature.

¶ Terciũ cur in diuinis maternũ nomen tacetur: paternũ exprimit̃.

¶ Pro declaratõe primi dubij pleriqꝫ arguunt. ꝙ filij dei et creature nõ ſit vna paternitas: ſed diuerſa. Prima qꝛ vbi ſunt diuerſe relatões oppoſite ibi diuerſa rõ paternitatis. Sed in paternitate qua deꝰ eſt pater filij ab eterno geniti: et qui eſt pater creature ſunt diuerſe relatões oppoſite. ergo diuerſa rõ paternitatis. Relatio enĩ qua refert̃ pater ad filiũ eſt increata. illa qua ad creaturã creata. Itaqꝫ videt̃ hec paternitas ſit alia ab illa. ¶ Secundo arguit̃. qꝛ vbi ſunt diuerſi reſpectus paternitatis: ibi diuerſe paternitates. Sed alio reſpectu eſt deus p̄r filij: alio reſpectu eſt pater creature. Nã vt dicit gloſa Auguſ. ſup illo verbo Johannis. xx. capitulo. Aſcendo ad patrem meum et patrem veſtrum: meum natura: veſtrum vero gratia. Ergo alia eſt paternitas filij et alia creature. Reſpõdet ad hoc Alex. de ales in tercio ſumme. ꝙ in relatione qua deus eſt pater filij: et pater creature tria ſunt cõſideranda. ſ. principiũ: termini: et modus. Principiũ eſt pater. Termini ſunt filius dei et creatura. Modus deus eſt pater filij ꝑſonaliter et pater creature eſſentialiter. Licet ergo termini huius relatõis plurificent̃ et modus ſit diuerſus. tñ principiũ eſt vnũ nõ diuerſum nec plurificatũ. Unde Augꝰ. li. de trinitate ait. Pater dicit̃ principium filij: qꝛ genuit eũ: et principiũ ſpiritus ſancti: qꝛ ſp̄us ſanctus eſt donũ eius: et principiũ creature: quia creauit eam. Et tñ ꝓpter has diuerſas rões nõ multiplicat̃ rõ principij. Ergo cũ dicit̃ pater filij et pater creature: nõ multiplicabit̃ ratio patris reſpectu filij et reſpectu rõnalis creature. Et ſic ſolutũ eſt primũ argumentũ. Ad ſecundũ dicit Alexan. ꝙ gratia ⁊ natura faciũt diſtinctionẽ: nõ ex ꝑte illius a quo: ſed ex ꝑte coꝝ que ſunt ab illo. ¶ Secundũ dubiũ fuit: vtꝝ hoc nomẽ pater ꝑ prius dicatur in deo reſpectu filij: ꝗ̃

reſpectu hominis et creature. ¶ Et ad hoc
reſpondet Tho. i. parte. q. xxxiij. ꝙ ſic. Nā
quod eternū eſt prius eſt tꝑali. Ab eterno au
tem de⁹ eſt pater filij ⁊ ex tꝑe pr̄ creature. In
ſuꝑ per prius dicit̄ nomē de illo in q̄ ſaluat̄
tota ratio noīs perfecte q̄ꝫ de illo in quo ſal=
uatur ſꝫm aliquid. De hoc ſiquidē dicit̄ ꝑ ſi=
militudinē ad illud in quo ꝑfecte ſaluat̄. qꝛ
oīa ꝑfecta ſumunt̄ a ꝑfectis. Inde eſt ꝙ hoc
nomē leo ꝑ prius dicit̄ de aīali in quo tota rō
leonis ſaluat̄: qđ ꝓprie dicit̄ leo: q̄ꝫ de aliquo
hoīe in quo inuenit̄ aliquid de rōne leonis.
vtputa audacia vel fortitudo: de hoc nāqꝫ ꝑ
ſimilitudinē dicit̄: manifeſtū eſt aūt ꝙ ꝑfecta
rō paternitatis et filiationis inuenit̄ in deo
patre et in deo filio: quia patris et filij eſt vna
natura et gloria: in creatura vero filiatio in=
uenitur reſpectu dei nō ſꝫm ꝑfectā rōem: cum
non ſit vna natura creatoris et creature. ſed
ſꝫm aliquā ſimilitudinē q̄ quāto ꝑfectior fue
rit: tāto ꝓpinquius accedit ad verā filiatōnis
rationē. Dicit̄ autē deus alicuius creature
pater ꝓpter ſimilitudinē veſtigij tm̄: vtpote ir
rōnabiliū creaturarū. ſꝫm illud Job. xxxviij.
ca. Quis eſt pluuie pater aut q̄s genuit ſtel=
las roris. Alicui⁹ etiā dicit̄ pater ꝓpter ſimi
litudinē imaginis: et ſic dicit̄ pater hominū
Alicuius pater vocat̄ ſꝫm ſimilitudinē gra=
tie: et ſic homo dicit̄ filius dei adoptiu⁹ ſꝫm
ꝙ ordinat̄ ad hereditatē eterne glorie. Qua=
re ꝑ prius dicit̄ pater reſpectu filij quē ſibi co
equalē genuit: q̄ꝫ reſpectu alicuius creature.
¶ Sed ɔtra iſta poſſet quis ita arguere. Cō
mune ſꝫm intellectū eſt prius ꝓprio. ſed hoc
nomen pater ſꝫm ꝙ ꝑſonaliter ſumit̄: eſt pro=
prium ꝑſone patris reſpectu ꝑſone: et patris
reſpectu ꝑſone filij. Scđm vero ꝙ ſumitur
eſſentialiter eſt cōmune toti trinitati: et ſic di=
citur reſpectu creature. nā toti trinitati dici
mus pater noſter. Ergo ſequit̄ ꝙ principali
us pater dicat̄ reſpectu creature q̄ꝫ filij coe=
terni ⁊ cōſubſtantialis. Soluit hoc argumē
tum Tho. vbi. ſ. Ꝙ cōia abſolute dicta ſꝫm
ordinē intellectus noſtri ſunt priora q̄ꝫ ꝓpria
qꝛ includunt̄ in intellectu ꝓprioꝝ ſed nō ecō
uerſo. In intellectu eni ꝑſone patris intelli=
gitur deus: ſed nō cōuertit̄. Cōmunia vero q̄
important reſpectū ad creaturā: per poſteri⁹
dicunt̄ q̄ꝫ ꝓpria que important reſpectus ꝑſo
nales. qꝛ ꝑſona ꝓcedens in diuinis ꝓcedit
vt principiū ꝓductionis creaturarū. Sicut
eni verbū cōceptum in mente artificis ꝑ pri=
us intelligit̄ ꝓcedere ab artifice q̄ꝫ artificiatū
qđ ꝓducitur ad ſimilitudinē verbi cōcepti
in mente. Ita ꝑ prius ꝓcedit filius a patre q̄ꝫ

creatura de qua nomen filiationis dicit̄ ſꝫm
ꝙ aliq̄d ꝑticipat de ſimilitudine filij. ¶ Ter
cium dubiū fuit: cur in diuinis nomē mater
num tacet̄: paternuꝫ vero exprimit̄. Ad hoc
ita dicit dn̄s Bonauen. di. v. primi libri. i. de
claratōne litter̄e: vbi allegat Anſel. in ꝓſolo=
gion. Ex ꝓncipiū maternū ꝑexigit aliud ꝓn=
cipium prius. qꝛ mater eſt principiū paſſiuū:
et omne tale mouet̄ ab alio. ergo ante ip̄m eſt
principiū aliud: Qm̄ ergo principiū genera
tionis filij in diuinis eſt primū: et eſt purum
actuale. Ideo nullo mō tranſfertur maternū
principiū ad diuina. Dicta ſunt hec de filio
dei vt agnoſcamus q̄ꝫ benignuſ eſt pater ei⁹
qui hoīes tanti dignos facit honoris: vt fi=
lios etiā ip̄os habeat: et ſi nō ſꝫm veritatē na=
ture: ſꝫm tm̄ aliquā ſimilitudinē vel ꝑticipatio
nem. ¶ Secunda cōſideratio de paternitate
dei: dicitur rōnis: in qua perſcrutari debem⁹
qualiter deus dicit̄ pater noſter quintuplici
ratione.

¶ Primo rōne generationis.
¶ Secūdo rōne gubernationis.
¶ Tercio rōne inſtructionis.
¶ Quarto rōne ꝓtectionis.
¶ Quinto rōne dotationis.

¶ Primo dicit̄ deus pater noſter rōne gene
rōnis. pater nāqꝫ eſt q̄ habet filiū a ſe genitū
et ſimilē ſibi. De⁹ aūt et ſi nō a ſe nō genuerit
fuit tm̄ cauſa nobis vt eſſem⁹ et ſꝫm corpus ⁊
ſꝫm aīam. Ideo Lactanti⁹ li. ij. diuinarū in=
ſtitutionū ait. Deus veri pr̄is officio funct⁹
eſt ip̄e corp⁹ effinxit: ip̄e aīam qua ſpiram⁹ in
fudit. Illius eſt totū quicq̄d ſum⁹. Et moy
ſes Deutro. xxxij. ca. Nunq̄d nō ip̄e eſt pa=
ter tuus qui fecit et creauit et poſſidet te. Ibi
gloſa. Fecit corpus: creauit et poſſidet te. Ibi
glo. Fecit corp⁹: creauit aīam: poſſidet vtrū=
qꝫ. Et vidua illa timēs deū q̄ filios hortaba
tur quecūqꝫ ſupplicia ferre: q̄ꝫ cōtra legē porci
nas carnes comedere. vt ſcribit̄. ij. Macha=
beo. c. vij. ita dicebat. Neſcio qualiter in vte
ro meo apparuiſtis: neqꝫ ego ſpiritū et aīam
donaui vobis et vitā et ſingulorꝫ mēbra non
ego ip̄a cōpegi. ¶ Secūdo deus dicit̄ pr̄ no
ſter rōne gubernatōis. Ip̄e ſiquidē cunctis
creaturis celi et terre mādauit vt humanis
vſibus indeſinenter deſeruiāt. Ob qđ vt di=
cit Hugo de ſancto victore. Quelibet creatu
ra trina voce alloquit̄ hoīem. Accipe: redde:
fuge. Accipe beneficiū ex me in vſum tuum.
Accipe inq̄t celū a me: et luminaribꝫ meis: il=
luminationē et motū. Accipe ait ignis a me
calorē. Accipe ab aere reſpirationē. Accipe
ab aqua refrigeriū et lotionē. Accipe a terra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aĩalia:fructus:et ſuſtẽtationẽ:et ſimilia. Se
cunda vox eſt redde:ſcꝫ obſequiũ tuo bene-
factori et meo creatori qui ideo me creauit vt
tibi ſeruirẽ. Tercia vox eſt: fuge.ſ. ſupplicíũ:
ne illud incurras ꝓpter ingratitudinẽ. ¶ Ter
cio deus dicit̃ pater noſter rõne inſtructõis.
Inſtruxit nos equidẽ triplici lege.ſ. nature:
ſcripture:et gratie. vt ſciremꝰ quid agendũ:
quid fugiendũ:q̇d amandũ:q̇d timendũ: q̇d
colendũ:quidue deſiderandũ. Neqꝫ cõqueri
debemus ſi neſcimꝰ tot ſecreta nature:aſtro-
rũ curſus:motus ſiderũ:occeani ambitũ: na
turas herbarum:futura ꝯtingentia:et hmõi
Nã vt inq̇t Lactantiꝰ li.ij. diuinarũ inſti-
tutionũ. Cũ aꝑiret hoĩ veritatẽ deus:ea ſo-
la nos ſcire voluit q̃ interfuit hoĩem ſcire ad
vitã cõſequendã. Que vero ad curioſam ⁊ ꝓ
phanã cupiditatẽ ꝑtinebãt:retinuit vt archa
na eſſent. ¶ Quarto deꝰ dicit̃ pr̃ noſter rõne
ꝓtectionis:qꝛ ipſe nos protegit et defendit a
ꝑiculis ⁊ tentatõibꝫ pene innumeris:niſi enĩ
ipſe auxiliaret̃ nobis et angelico nos tueret̃
ꝑſidio vix poſſemꝰ ad horã ſuꝑ terrã viuere.
¶ Quinto deꝰ dicit̃ pater nr̃ rõne dotatõis:
ipſe quippe dicturus eſt electis. Venite ad nu
ptias:venite ad paradiſi delicias:venite ad
opulentiſſimũ celoꝝ regnũ. O quales erunt
ille ꝓmiſſe diuitie:qualis aĩe et corꝑis glo-
ria:q̃lis angeloꝝ ſocietas: qualis deniqꝫ illi
us ꝑhennis vite iocunditas. O q̃ felix erit
vox illa ieſu chriſti filij dei q̃ ſuauis q̃ dele-
ctabilis cũ dicet in die iudicij. venite bñdicti
patris mei poſſidete paratũ vobis regnũ a
cõſtitutione mundi. ¶ Tercia ꝯſideratio cir
ca paternitatẽ dei dicit̃ ſignificatõis in qua
notãda ſunt quinqꝫ ſigna ꝑ que diſcerni poſ
ſunt filij dei a filijs diaboli.

¶ Primũ dicitur audientia.
¶ Secundũ beniuolentia.
¶ Tercium obedientia.
¶ Quartum reuerentia.
¶ Quintũ prouidentia.

¶ Primũ ſignũ dicitur audiẽtia: qñ.ſ. quis
libẽter audit verba diuina. Vñ Johis.viij.
ca.xp̃s dixit. Qui ex deo eſt verba dei audit.
Propterea vos nõ auditis qꝛ ex deo nõ eſtis
¶ Secundũ ſignũ eſt beniuolentia. Ille ſi-
quidẽ dei filius eſſe cognoſcit̃ qui deũ ſuper
oĩa diligit. De quo dicit̃ Mat.xxij.ca. Dili-
ges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo et ex tota
aĩa tua et ex tota mente tua et ex oĩbus viribꝫ
tuis. ¶ Tercium ſignũ eſt obediẽtia. de hoc
chriſtus dixit Johãnis.xiiij.ca. Si diligi-
tis me mandata mea ſeruate. Et iterum. Si
ꝑcepta mea ſeruaueritis manebitis in dile-
ctione mea. ¶ Quartũ ſignũ dicit̃ reuerẽtia:
quãdo q̇s reuerentiã deo exhibet:reuerenter
ſe habendo ad eius nomẽ ſanctũ:ad ſacra lo
ca:ad ſacras ꝑſonas:ad ſacras cerimonias:
et ad oĩa que pertinẽt ad cultũ dei. ¶ Quin-
tum ſignũ vocatur ꝓuidentia. Ille vtiqꝫ bo-
nus eſt filius qui patri ꝓuidet in ſuis neceſ-
ſitatibus. Sic quicũqꝫ deo ſubuenire ſollici
tus eſt:filius eius credi poteſt. Et licet deus
nullo indigeat qui feliciſſimꝰ ac beatiſſimus
eſt:tñ ſibi aſcribit quicq̇d ꝓ illius amore pxi
mis noſtris tribuit̃. Ideo Mt.xv.c.dicit̃.
Qđ vni ex minimis meis feciſtis. O q̃ exi-
guus eſt numerus filioꝝ dei qñquidẽ a ra-
riſſimis audit̃ minus diligit̃ et ꝑceptis eius
a paucis obtemperat̃: cunctaqꝫ ad religionẽ
ſpectantia deturpata ſunt:et penitus diſſipa
ta ac pximis ꝓ dei amore ſuccurrere vix ali-
quis curat. O ſeculũ tetrũ ⁊ ſordidũ quo ho
mines a deo patre totaliter ſe auerterũt:et ſe-
quuntur cõcupiſcentias ſuas:nihil amplius
ſperãtes de ꝓmiſſa hereditate celeſtis regni.

¶ Ex deus benedictus nuncupat̃ dñs qđ eſt
nomen honoris:de ipſo dicitur: quia illius
imperio cuncta ſubiacent.

¶ Capitulum tercium.

Terciũ nomẽ quo deꝰ noĩat̃ a nobis
eſt nomen honoris: illud eſt dñs. ſic
in tota ſcriptura ſepius noĩat̃. Unde
Gen.c.ij.dicit̃. Dixit dñs deus. nõ eſt bonũ
hoĩem eſſe ſolũ. Et in.iij.ca. Uocauit dñs de
us adã. Et.x.ca. Reſpexit dñs ad abel et ad
munera eiꝰ. Et.vi.c. Corrupta eſt terra corã
dño.et.vij.c. Dixit dñs ad eũ. Ingredere tu
et oĩs domus tua in arcã.et.viij.ca. Recor-
datus aũt dñs Noe.et.xij.ca. Dixit dñs ad
abrahã. Egredere de terra tua.et.xv.ca. Ap-
paruit ei dñs in cõualle mãbre.et.xxi.c. Ui-
ſitauit dñs ſarã.et.xxij.c. Angelus dñi de ce
lo clamauit.et.xxxix.ca. Fuit aũt dñs cũ Jo
ſeph. Et Exo.iij.ca. Dixit dñs ad moyſen.
Et ſic incipit capi.viij.ix.x.xi.et.xij. Capitu
lũ vero.xiij.habet. Locutꝰ eſt dñs ad moy-
ſen. Et ſimilit̃ ſcribit̃.xiiij.xv.xx.xxxi.xxxiij
et.xl.ca. Et Leui.iiij.vi.viij.xi.xij.xiij.xiiij.
xv.xvi.xvij.xviij.xix.xx.xxij.xxiij.xxiiij.xxv
et vlti.ca. Et idẽ Nume.i.ij.iiij.v.vi.viij.ix.
x.xv.xix.xxxi.xxxiij.ca. Et ita frequẽter repe
titur hoc nomẽ dñs tã in veteri q̃ in nouo te
ſtamento. Quare autẽ ſic vocetur; aſſignari
poſſunt tres rõnes.

¶ Prima dicitur ſubiectionis.
¶ Secunda immutationis.
¶ Tercia annihilationis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Prima rõ: quare dñs nucupat̃: dicit̃ ſubie
ctionis. qꝛ oĩa q̃ in mũdo ſunt: ſiue in celo: ſi
ue in terra: maxia et minima: ab ipo ſunt: eiuſ
qꝫ ꝓuidentie et gubernationi ſubdunt̃. hoc
fides vera firmiter tenet: hoc oĩs doctrina ſa
na teſtat̃. Vñ Sapie. xiiij. ca. dicit̃. Tu autẽ
pater: ſapiẽtia tua gubernas oĩa. Et Heſter
xiij. c. Dñe de⁹ rex oĩpotẽs in ditiõe tua cun
cta ſunt poſita. et nõ eſt q̃ poſſit reſiſtere volũ
tati tue. Et Boeti⁹ in li. de ꝯſolatõe inq̈t. O
qui ꝑpetua mundũ rõne gubernas. Et Au-
guſti. li. v. de ciui. dei. De⁹ nõ ſolũ celũ ⁊ ter-
rã: nec ſolũ angelũ et hoĩem: ſed nec exigui et
ꝯtẽptibilis aĩantis viſcera: nec auis pennulã
nec herbe floſculũ: nec arboris foliũ ſiue ſua
rũ partiũ ꝯueniẽtia derelinq̈t. Et Cicero in
li. de natura deoꝝ. Quis enĩ nõ timeat oĩa
ꝓuidentẽ et cogitantẽ et animaduertentẽ: et
oĩa ad ſe ꝑtinere putantẽ curioſum et plenũ
negocij dñi. Cũ tñ hanc ꝓuidentiã ſummi
dei nõnulli tripliciter errauerũt ¶ Primi fu
erunt quidã antiqui phi qui dixerũt oĩa for
tuitu agi: vt Democrit⁹ et Epicurus. de qui
bus loquit̃ Lactanti⁹ in li. ꝑmo diuinaꝝ in
ſtitutionũ. Quoꝝ poſitio ſꝫm tho. ꝑma ꝑte
q. ciij. impoſſibilis oſtendit̃ ex duob⁹ Primo
quidẽ ex eo ꝙ apparet in ipis reb⁹. Videmuſ
enĩ in rebus naturalib⁹ ꝓuenire qđ melius
eſt: aut ſemꝑ: aut in plurib⁹: qđ nõ cõtingeret
niſi ꝑ aliquã ꝓuidentiã res naturales dirige
rentur ad finem boni: qđ eſt gubernare. Vñ
ipe ordo certus rerũ maxime demõſtrat mun
di gubernatiõꝫ. Sicut ſi q̇s intraret domũ
bene ordinatã: ex ipa domus ordinatõe: ordi
nationis rõem ꝑpenderet. Et hoc eſt qđ La
ctantius vbi. ſ. elegãtiſſime retulit. Nemo
inq̈t eſt tã rudis: tã ferus morib⁹: qui nõ ocu
los ſuos in celũ tollẽs: tametſi neſciat cuius
ꝓuidentia dei regat̃ hoc oẽ qđ cernit̃: nõ ali-
quã tñ eſſe intelligat ex iparum rerũ magni-
tudine: pulcritudine: vtilitate: temperatõne.
Nec fieri poſſe: quin id. qđ mirabili rõne cõ-
ſtat cõſilio aliquo maiore ſit inſtructũ. Se-
cundo apparet illa poſitio impoſſibilis ex cõ
ſideratõne diuine bonitatis ꝑ quã res in eſſe
ꝓducte ſunt. Cum enĩ optimi ſit: optima ꝓ-
ducere. nõ ꝯuenit ſumme bonitati diuine ꝙ
res ꝓductas ad ꝑfectũ nõ ꝑducat vltima aũt
ꝑfectio vniuſcuiuſqꝫ eſt in cõſecutõne finis.
Ideo ad diuinã bonitatẽ ꝑtinet vt ſicut ꝓdu
xit res in eſſe: etiã eas ad finẽ ꝑducat. ¶ Se-
cundi qui errauerũt circa dei ꝓuidentiã fue
runt aliq̈ aſſerẽtes deũ ita gubernare mundũ
ꝙ tñ nec rõnalis creatura: nec aĩalia bruta il-
lius ꝓuidẽtie ſubdunt̃. Nõ creatura rõalis
quia ſeipam gubernare ꝑt: cũ habeat domi-
nium ſui actus et ꝑ ſe agat. Nõ aĩalia bruta
quia apl's. i. ad Corinth. ix. ca. dicit. Deo nõ
eſt cura de bobus. ¶ His reſpondet tho. vbi
ſupra. ꝙ creatura rõnalis gubernat ſeipam
ꝑ intellectũ. et voluntatẽ: quoꝝ vtrũqꝫ indi-
get regulari et perfici ab intellectu et volunta
te dei. Et ideo ſupra gubernationẽ qua crea
tura rõnalis gubernat ſeipam tanqꝫ dña ſui
actus indiget gubernari a deo. Aĩalia etiam
bruta vt boues et ſimilia nõ totaliter ſubtra-
huntur a cura gubernatõis diuine: ſed ſoluꝫ
q̈ꝫtum ad modũ qui cõpetit rõnali creature
q̃ a deo inducitur ad bonũ et retrahit̃ a ma-
lo ꝑ precepta et ꝓhibitiones: ꝑmia et penas.
qđ nõ fit in creatura irrõnali q̃ nõ eſt ad bea
titudinẽ ordinata. ¶ Tercij qui errauerunt
circa ꝓuidentiam diuinã ſunt alij qui tenent
ita deũ gubernare mundũ: ꝙ oĩno excludũt
cauſas ſecundas. arguentes quia melius eſt
aliq̈d fieri ꝑ vnũ q̈ꝫ per multa. ſi ſit poſſibile:
vt dicit̃. viij. phiſicoꝝ. Deus ergo poteſt per
ſeipm gubernare abſqꝫ cauſis ſecundis.
¶ Iterũ arguunt: qꝛ nihil eſt in deo imperfe
ctum et deficiens: ſed ad defectũ gubernat o
ris ꝑtinere videt̃ ꝙ mediantib⁹ aliquib⁹ gu-
bernet. Sicut rex terrenus: qꝛ nõ ſufficit ad
oĩa agenda: nec vbiqꝫ pñs eſt in ſuo regno.
Et ꝓpterea expedit vt habeat ſue gubernatõ
nis miniſtros et coadiutores. ¶ Iſtis ita re
ſpondet Tho. ꝙ in gubernatõe duo cõſide-
rantur. ſ. Ratio gubernatõis: que eſt ꝓuiden
tia. Et executio quantũ ad rõem gubernatio
nis ꝑtinet: deus immediate omnia gubernat
Quantũ autẽ ad executionẽ deus gubernat
quedã mediantib⁹ alijs: eo ꝙ ꝑ gubernatiõꝫ
res q̃ gubernant̃ ſint adducẽde ad ꝑfectionẽ
tanto eſt melius gubernatio quanto maior
perfectio a gubernãte rebus gubernatis cõ-
municat̃. Maior aũt ꝑfectio eſt ꝙ aliquid in
ſe ſiſtit bonũ: et etiã ſit alijs cauſa bonitatis:
q̈ꝫ ſi eſſet ſolummõ in ſe bonũ. Et ideo ſic de
us ꝓuidentia ſua res gubernat vt quaſdã in
gubernãdo cauſas alioꝝ inſtituat. Sicut ſi
aliquis magiſter ſuos diſcipulos nõ ſolũ ſci
entes faceret ſed etiã alioꝝ doctores. ¶ Ad
dictũ vero Ariſto. rñdetur. ꝙ ſi ſolus de⁹ gu
bernaret: ſubtraheret̃ perfectio cauſalis a re
bus: vnde nõ melius totum fieret per vnum
quod fit per multa. Nam ſi nõ eſſent alique
cauſe medie exequẽtes diuinã ꝓuidentiam:
non eſſet in rebus ordo cauſarũ: ſed effectuũ:
tñ exigit ergo ꝑfectio ꝓuidentie diuine: vt
ſint cauſe medie exequẽtes ipius voluntatẽ.
Hinc eſt qđ in ps. dicit̃. Bñdicite dñm oẽs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

virtutes eius que facitis voluntatem eius.
¶ Ad aliud aũt qð obijciebat̃ de defectu gu
bernantis. Rñdetur ꝙ ad dignitatẽ regẽtis
ꝑtinet: vt habeat multos miniſtros et diuer=
ſos ſui regiminis executoꝛes: qꝛ ſic p̃clarioꝛ
poteſtas eiꝰ oſtendit̃. Et ſi qs obijceret: ꝙ de
us ita gubernat mediantibꝫ cauſis ſecũdis.
ſicut aliqs ſuperioꝛ et ꝓuiſoꝛ quedã magna
et vniuerſalia ꝑ ſeipm̃ excogitat: qualiter ſint
oꝛdinãda. Minimoꝝ vero oꝛdinẽ ipſe nõ ex
cogitat: ſed alijs inferioꝛibꝫ excogitandũ re=
liquit. Sic et deus minima nõ cogitat ſiue
p̃oꝛdinat. Rñdere poſſumꝰ ꝙ nõ eſt ſimile in
deo et gubernatoꝛe finito in q̃ cõtingit ſic fie
ri: ꝓpter defectũ eius ĩ ĩgeniũ vel minimoꝝ vel
ſingulariũ oꝛdinatões ignoꝛat: vel nõ ſuffi=
cit ad omniũ oꝛdinẽ excogitandũ ꝓpter libro
rũ vel tp̃is ꝓlixitatẽ q̃ requireret̃: hm̃õi autẽ
defectus lõge ſunt a deo. Nã ipſe oĩa ſingu=
laria cognoſcit: nec in intelligendo laboꝛat:
aut tp̃s requirit. Ideo cũcta ipſius ꝓuidẽtia
ſubiacent: nõ ſolũ in vniuerſali ſed etiã ĩ par
ticulari: nõ ſolũ celeſtia: ſed infima et terrena.
Vñ Augꝰ. li. x. de ciui. dei. ca. xvij. ait. Phi=
loſophi ꝛ p̃cipue platonici: rectius ceteris ſa
puiſſe laudant̃: qꝛ diuinã ſapientiã vel ꝓui=
dentiã: hec q̃ꝫ rerũ infima atqꝫ terrena admi
niſtrare docuerũt. Et ſꝫm hoc dictũ Auguſ.
nõ videt̃ eẽ vſquequaqꝫ verũ qð platoni im
putat̃. ſ. ꝙ diuiſerit ꝓuidentiã in tres. Pri=
mã primi dei q̃ ꝓuidet rebꝫ celeſtibꝫ. Secun
dam ſecundoꝝ deoꝝ: q̃ celũ circumeunt: q̃
eſt reſpectu eoꝝ que fiũt in generatõe et coꝛ=
ruptione. Terciã quoꝛundã demonũ q̃ ſunt
cuſtodes circa terrã humanarũ actionũ. Si
tñ plato ſic dixerit in hac ꝑte: vtiqꝫ inſaniuit
Sed mirant̃ q̃ꝫplurimi: ſi deus ſapientiſſi=
mus ꝓuidentia ſua gubernat oĩa: cur tot ma
la ſinit in rebꝫ eſſe: aut nõ p̃t ea impedire: ꝛ ſic
nõ eſt omnipotẽs: aut nõ de oĩbus curã ha=
bet. Quibꝫ rñdet tho. i. ꝑte. q. xxij. ar. ij. in re=
ſponſione ad ſecundũ argumentũ. Qꝛ aliter
eſt de eo q̃ habet curã alicuius ꝑticularis: ex
cludit defectũ ab eo qð eius cure ſubdit̃ q̃ꝫtũ
p̃t. Prouiſoꝛ vero vniuerſalis ꝑmittit aliquẽ
defectũ ĩ aliquo accidere ne impediat̃ bonũ
totius. Vñ coꝛruptões et defectus in rebꝫ na
turalibꝫ dicunt̃ eſſe cõtra naturã particularẽ
tñ ſunt de intentione nature vniuerſalis in=
quantũ defectus vniꝰ cedit in bonũ alteriꝰ:
vt etiã totius vniuerſi. Nam coꝛruptio vni
us eſt generatio alterius: per quã ſpecies cõ
ſeruat̃. Cum ergo deus ſit vniuerſalis ꝓui
ſoꝛ totius entis ad ipſam ꝓuidentiã pertinet

vt ꝑmittat quoſdã defectus eſſe in aliquibus
particularibꝫ rebus ne impediat̃ bonũ vni=
uerſi perfectũ. Si eñ oĩa mala impedirent̃:
multa bona deeſſent vniuerſo. Nõ eſſet vita
leonis ſi nõ eſſet occiſio animaliũ. Neqꝫ eſſet
patiẽtia martyrũ: ſi nõ eſſet ꝑcuſſio tyranno
rum. Ideo Augꝰ. in Encheridion inq̃t. De
us omnipotens nullo mõ ſineret aliqð ma=
lum eſſe in operibus ſuis niſi vſqꝫ adeo eſſet
omnipotẽs et bonus vt bene faceret de malo
Quia vero intellectus noſter debilis et infir
mus nõ poteſt archana dei penetrare: cũ vi=
demus vel bona malis. vel mala bonis. aut
moꝛi ꝓbos et vtiles: impios et iniquos diu=
tius viuere. ꝛ hm̃õi cetera recoꝛdari debemꝰ
illius grauiſſime ſentẽtie dauid in p̃s. Iudi
cia dei abyſſus multa. Cui cõcoꝛdat qð pau
lus ſcribit ad Ro. xi. ca. O altitudo diuitia=
rum ſapiẽtie et ſcientie dei: q̃ꝫ incõpꝛehenſi=
bilia ſunt iudicia eiꝰ: et inueſtigabiles vie
eius. Vtiqꝫ ꝑiculoſiſſime errant qui ꝓfunda
ſecretoꝝ diuinoꝝ ſuis viribus ꝓprijs attin
gere tentant. Ob qð Lactantiꝰ li. i. diuina=
rũ inſtitutionũ dicebat. Veritas et archanũ
ſummi dei qui fecit oĩa: ingenio et ꝓprijs ſen=
ſibus: nõ poteſt cõpꝛehendi. Alioquin nihil
inter deũ: hominẽqꝫ diſtaret: ſi conſilia et di=
ſpoſitiones illius maieſtatis eterne cognitio
aſſequeret̃ humana. ¶ Secũdo creatoꝛ oĩm
dicit̃ dñs rõne immutationis. Poteſt ipſe dũ
ſibi placet immutare legẽ et ꝓprietatẽ cuiuſcũ
qꝫ create nature. Vt eñ inquit Tho. i. ꝑte. q.
cv. Si oꝛdo rerũ cõſideret̃ ꝓut dependet a
prima cauſa: ſic cõtra rerũ oꝛdinẽ deꝰ facere
nõ poteſt. Sic enim ꝯtra rerũ oꝛdinẽ faceret
ſi faceret cõtra ſuam preſcientiã aut volunta
tem aut bonitatẽ. Si vero cõſideretur oꝛdo
rerũ pꝛout dependet a qualibet ſuarum cau=
ſarum: ſic deus poteſt facere pꝛeter oꝛdinem
rerum: quia oꝛdini ſecundariũ cauſaꝝ ipſe nõ
eſt ſubiectus: ſed talis oꝛdo ei ſubijcit̃ quaſi
ab eo ꝓcedens nõ per neceſſitatẽ nature: ſed
per arbitriũ voluntatis. potuiſſet eñ et ali=
um oꝛdinem rerũ inſtituere. Unde poteſt p̃=
ter hunc oꝛdinẽ inſtitutũ agere cũ voluerit:
puta agendo effectus ſecundarũ cauſarũ ſi=
ne ipſis: vel etiam ꝓducendo aliquos effectꝰ
ad quos cauſe ſecunde nõ ſe extendũt. Ideo
Auguſtinꝰ cõtra Fauſtum inquit. Deus cõ
tra ſolitũ curſum nature facit: ſed cõtra ſum=
mam legẽ tam nullo mõ facit: q̃ꝫ cõra ſe ipſm
nõ facit. Et iteꝝ ibidẽ. Illud eſt vnicuiqꝫ rei
naturale: qð ille fecerit a q̃ eſt oĩs modus: nu
merꝰ: et oꝛdo nature. Igit̃ dũ ſibi placuit. de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duriſſimo lapide aquã eduxit ꝑp̃lo ſitienti.
Sicut ponit̃ Exo.xvij.ca. Grauitatē a fer=
ro abſtulit:cū tꝑe heliſei de ſecuri excuſſum ꝛ
in aquā demerſum ſupnatauit.vt notat̃ de
ↄſe.di.ij.c.reuera. Refrigerauit ardorē ignis
qui tres pueros in illū iniectos:nec minimo
leſit. Ut habet̃ Daniel.iij.c. Et alia innume
ra fecit:tā in veteri ꝙ̃ in noua lege. ſicut etiã
cõſpicim⁹ in opibus miraculoſis. ¶ Tercio
dicit̃ dñs rõe annihilatõis:ſi enī vellet in ni
hilum cūcta redigeret. Uñ Hiere.ca.ij.dice=
bat. Corripe me dñe:verū in iudicio ꝛ nõ in
furore tuo:ne forte ad nihilū rediges me. Tñ
aliqui ↄtra hoc arguūt:qm̃ deus eſt cauſa re
rū vt ſint ꝑ ſuā bonitatē.qꝛ ſm̃ Aug⁹.in pri=
mo de doctrina xp̃iana. Inquantū deus eſt
bonus ſumm⁹. Si ergo deus nõ p̃t nõ eſſe
bonus:neqꝫ videt̃ ꝙ poſſit facere vt res non
ſint:et ex cõſequenti nec illas anihilare. Ad
hoc rñdet tho.prima pte.q.ciiij. Nõ de⁹ be=
nedictus nõ ꝑduxit res in eſſe agēdo ex ne=
ceſſitate nature. Nõ ſi eſſet verū:nõ poſſet rē
aliquam anihilare:ſicut nec p̃t a ſua natura
mutari. Produxit aūt oēm creaturā ex libe=
ra volūtate ex q̃ eſſe ipſius creature dependet
Cõſeruat vero deus res in eſſe:inquantū eis
cõtinue influit eſſe. Sicut itaqꝫ añꝙ̃ res eſ=
ſent:potuit eis nõ cõmunicare eſſe:et ſic eas
nõ facere. Itaqꝫ poſtꝙ̃ iā facte ſunt p̃t eis nõ
influere eſſe:et ſic eſſe deſiſterēt abſqꝫ p̃iudi=
cio diuine bonitatis q̃ nõ depēdet ex rebus
creatis. Et licet poſſet de⁹ res anihilare:ni=
hil tñ oīno in nihilū redigit̃:ex eo ꝙ magis
manifeſtat̃ potētia diuina in rerū ↄſideratõe
ꝙ̃ in illarū anihilatione. Ideo ſapiēs Eccs
iij.ca.ait. Didici ꝙ oīa opa q̃ fecit deus:pſe=
uerent in eternū. Dicta ſunt hec de poteſtate
dei excelſi:vt ſic mortales hoīes ampliſſimū:
ſempiternūqꝫ dñm eius cõuentes maieſtati
ſue ſubeſſe nõ repugnēt. Ipe nanqꝫ eſt deus
magn⁹:dñs et rex magn⁹ ſup oēs deos. Ipe
eſt rex regū:et dñs dñantiū:cuius eterna po=
teſtas:q̃ nõ auferet̃ ab eo. Ipe eſt qui domat
colla ſupba:ꝛ cõcidit ceruices peccatoꝝ. Ipe
deniqꝫ eſt:de quo Paul⁹ ſcripſit.i.ad Thi.
i.ca. Regi ſeculoꝝ immortali ꝛ inuiſibili ſoli
deo:honor et gloria in ſecula ſeculoꝝ.

¶ Sermo ſecundus de ſimplicitate dei:cõ=
tra idolatras et colentes hoīes:atqꝫ celeſtia
corpora.

SPiritus eſt deus
et eos q̃ adorãt eū in ſpiritu et ve
ritate adorare oportet. Saluato=
ris noſtri verba ſunt iſta originaliter Iohis
iiij.ca. Qui deū verū rē aliquā corporeā eſſe
ſuſpicant̃:ꝑfecto in laqueū incidūt erroris:
ꝑnitioſiſſime falſitatis. Nā licet nulla crea=
tura eius magnitudini valeat cõparari:nihi
lominus cuncta q̃ corꝑis inde in ſuo eſſe ꝑfi
ciuntur:ab illi⁹ natura ſunt penitus aliena.
Eſt quidē de⁹ vere et ſumme ſimplex.vt Au
guſti.docet in.vi.de trini. Ideo tenendū eſt
firmiter vt ſcũs Tho.docet.i.pte.q.iij. Qꝫ
in deo nõ eſt cõpoſitio neqꝫ ꝑtiū ꝙ̃titatiuarū
neqꝫ forme et materie:neqꝫ in eo eſt aliud na
tura et ſuppoſitiuū:neqꝫ aliud natura et eſſe.
Neqꝫ eſt in eo cõpoſitio generis ꝛ differētie:
neqꝫ ſubiecti ꝛ accidētiſ. Sꝫ vt facili⁹ dei ſim
plicitatē capiamus:in p̃nti ſermonne tres ve
ritates theologicas explicabimus.
¶ Prima ꝙ deus eſt ſpiritus.
¶ Secundo ꝙ in deo nõ eſt ↄpoſitio forme
et materie.
¶ Tercia ꝙ deus ĩ ↄpoſitõꝫ alioꝝ nõ venit.
¶ Qꝫ de⁹ eſt ſpũs:et nullo mõ p̃t eſſe corpus
vel aliq̃d corporeū. ¶ Capi.primū.

PRima veritas:ꝙ deus nõ eſt corpus
Hoc declarat̃ a Tho.p̃ma pte.q.iij.
Primo qꝛ nullū corp⁹ mouet̃ nõ mo
tum:et deus eſt principiū mouēs immobile.
Secūdo:qꝛ de⁹ eſt id qđ eſt nobiliſſimū in
entibꝫ:qđ cuncti ſapiētes:ꝓfitentur. Impoſ
ſibile autē eſt aliquod corpus dari nobiliſſi=
mum omniū entiū. Nam corpus aut eſt vi=
uum aut nõ viuū. Corpus viuū nobilius eſt
corpore nõ viuo. Corpus autē viuū non vi
uit inquantū corpus:quia ſic omne corp⁹ vi
ueret. Oportet ergo ꝙ viuat per aliq̃d aliud
ſicut corpus noſtrū viuit per animā. Illud
ergo ꝑ quod viuit corp⁹ nobilius eſt ꝙ̃ cor=
pus.quare impoſſibile eſt deū eſſe corpus.
Sed arguere poſſumus ꝙ deus ſit corpus
quinqꝫ rõnibus.
¶ Primo rõne attributionis.
¶ Secūdo rõne figurationis.
¶ Tercio rõne teſtificationis.
¶ Quarto rõne ſituationis.
¶ Quinto rõne terminatõis.
¶ Primo arguitur ꝙ deus ſit corpus rõne
attributionis. Nam ſcriptura attribuit deo
trinā dimenſionē q̃ ſpectat ad corpus. Scri
bitur enī Iob.xi.ca. Excelſior eſt celo:et q̃d
facies ꝓfundior inferno et vnde cognoſces:
longior terra menſura ei⁹ et latior mari. Sꝫ
ex huiuſmodi verbis nõ cõcluditur ꝙ deus
ſit corpus:quia ſacra ſcriptura cum trinā di
menſionē deo tribuit ſub ſilitudine ꝙ̃titatis
corporee:quantitatē ipſius virtualē deſignat:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf